Gerundium quãdo ꝑcat preſens temp⁹ Participium quãdo ꝑcat futurum temp⁹ Nomen qñ exponit᷑ per dignus

¶ Item differunt gerundia a participiȷs qꝛ gerundia ſignificant actionem vel paſſionem ſcd̃m Laurentium vel imperſonaliter ſcd̃m Floriſtam ſine futuro tempore participia in dus ſignificant ſolam paſſionem cum tempore futuro. Uirgilius. Uoluenda dies attulit vltio ibi voluenda gerundium. quia ſignificat preſens temp⁹.

¶ Item Gerundia ſignificant paſſiue quando ſunt ſociata ſubſtãtiuis Sed quando diſiũctiua id eſt quãdo non ſociãtur capiũtur actiue. Si a neutris ſignificãt neutraliter.

Exẽpla ſunt
- Uirgilius. Superando omnis fortuna ferendã eſt. id eſt dum fertur. Uirgilius. Uoluenda dies attulit vltio id eſt quando voluitur. Uirgilius.
- Urit videndo femina id eſt cum videtur femina.
- Uirgilius. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis id eſt dum cantatur.

¶ Actiue et neutraliter.
Ariſtoteles. Anima ſedendo et quieſcendo fit prudens id eſt ſedet cum quieſcit.

¶ Itẽ Nota quando gerundia regunt caſum poſt ſe ſiue capiantur cũ ſubſtantiuis ſiue non ſemper capiuntur actiue quia ſcd̃m Laurẽtium gerundia paſſiue non regunt caſum poſt ſe niſi ablatiuũ mediante prepoſitione a vel ab.

Exẽpla ſunt
- Iudex tribuendo cuiqꝫ ius ſuum benefacit id eſt dum tribuit.
- Lucius. Silla labefecit totam ciuitatem
- Hos accuſando illos occidendo id eſt cum hos accuſaret ⁊ illos occideret.

¶ Item Gerundia in dum cum prepoſitione capiuntur actiue ⁊ paſſiue vt tu es idoneus ad diſcendum id eſt vt diſcas. hec res eſt facilis ad diſcendum id eſt vt diſcatur.

¶ De conſtructione ſupinorum.

¶ Item Priora ſupina petunt cõſtructionem cum verbo ꝑcãte motũ ad locũ. vt cubitũ. curro. vado. viſum hoiem. Et regũt accm̃ poſt ſe ſi deſcendũt a ꝟbis actiuis. vt vado emptum librum vel abltũm mediante prepoſitione a vel ab. ſi a verbis paſſiuis. vt piſces portantur emptum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

a piſcatoribus. Uel nullū caſum ſi a ꝟbis abſolutis. vt exercitꝰ magnꝰ vadit pugnatum. vt patuit

¶ Item poſteriora ſupina nō ꝯſtruūtur cum ꝟbis ſcantibꝰ motum de loco. vt nō nulli volūt. Sʒ cum quibuſdam adiectiuis. vt placet laurētio Uirgilio Lactātio ꝛc̄. Quibꝰ magis credendum eſt. Uirgilius Nec facilis viſu. nec dictu effabilis vlli. Idem in tercio Et dictu video mirabile monſtrū. Therētiꝰ. Sunt extra noxam ſed nō eſt facile excuſatu. Lactantiꝰ. Conferam me ad illam piam ſapiētiam in quo oīa facilia intellectu ſuauia auditu ꝛc̄.

¶ Item Poſteriora ſupina nullum regūt poſt ſe caſum. Et exponunt paſſiue vel per eius gerūdium in dum vt hoc eſt mirabile viſu. i. cum videtur vel ad videndum.

	facile	iocundum	credibile
Hec adiectiua	difficile	rarum	incredibile
conſtruūtur cū	dignum	turpe	mirabile
poſteriori ſupīo	indignū	fedum	ſtupendum ꝛc̄.
	abſurdum	horridum	optimum
	triſte	ſuaue	prauum

¶ De participijs eſt vna regula generalis. Sed quattuor ſpeciales

¶ Regula generalis Qʒ oīa ꝑticipia regūt eundem obliquū a ꝑte poſteriori. quē ſua ꝟba a quibꝰ deſcendūt. vñ Alexāder.

Que iunges verbo iūges et participanti

¶ Prima ſpecialis Oīa ꝑticipia p̄ntis tꝑis ꝛ futuri ī rus ab actiuis deſcēdentia p̄nt regē accūm caſum ꝓprium ꝛ cum illo dtūm accūm vel abltūm vt caſus cōmunes. vt amo petrum vel amās petrum. amaturꝰ theodericū. criminor te criminās criminaturꝰ te.

¶ Secūda ſpecialis Oīa ꝑticipia p̄ntis tꝑis ꝛ futuri in rus a neutralibꝰ deſcēdentia nō regūt ꝓprium ſʒ duos vel tres cōmunes. vt datiuū accūm vel abltūm mediāte p̄pōne et finaliter omnem caſum quem verba neutralia.

¶ Tercia Omnia ꝑticipia p̄teriti tꝑis in tus ꝛ ſus ꝛ futuri in dus q̄ veniūt a ꝟbis paſſiuis regūt poſt ſe abltūm mediāte p̄pōne a vel ab vel dtūm poſitum loco ablatiui tanq̄ʒ caſum ꝓprium vel caſus cōmunes. vt verba paſſiua.

¶ Quarta Omnia participia preteriti temporis in tus ꝛ ſus a ꝟbis deponentalibus ꝛ cōmunibus tranſitiuis regunt accūm caſum ꝓpriū. vt Joannes eſt ſecutus ieſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

¶ De imꝑſonalibꝰ in tur eſt vna regula

¶ Regula Oīz imꝑſonalia in tur a ꝟbis actiuis regūt eundem caſum quem actiua hoc eſt accūm Si a paſſiuis abltūm mediāte ꝑpōne Sz a neutralibꝰ nullum. Vñ Alexāder.

Que ſine ꝑſonis ſunt atqꝫ gerūdia iungis:
Si tñ a verbo quod trāſeat illa creabis:

Exemplum { Primi Matheū legit Pulſat campanas.
Secundi Legitur a magiſtro ſcholaribus Pulſatur a cuſtode.
Tercij Itur dum ſcitur neſcitur quando reditur
Itur in antiquam ſiluam }

¶ Item ꝟba imꝑſonalia in tur ſunt infinita ⁊ teutonizant ꝑ men qꝛ ſcdm Priſcianum ꝟbum tale ab omni ꝟbo actiuo neutrali ⁊ paſſiuo. ⁊ aliqñ a deponēti formatur imꝑſonale in tur. Tamē non ab oībꝰ neutralibus. vt non dꝛ caletur frigetur.

¶ De imꝑſonalibꝰ in t ſunt regule due

¶ Quinqꝫ ſunt imꝑſonalia in t que regūt accm̄ cum gtō ꝯiūctim vel diuiſim. vt penitet. tedet. miſeret. piget ⁊ pudet me tui.

Exēpla ſunt { Scriptura. Tedet aīam meam vite mee
Sapiēs. Teduit me vite mee vidente mala
Therentiꝰ. Nonne te facti pudet.
Scriptura. Tedere incepit ppl'm itineris ⁊ laboris. }

Penitet ⁊ tedet miſeret piget ⁊ pudet iſta
Accuſatiuis iungūtur cum genitiuis

¶ Item Nota hec quinqꝫ imꝑſonalia habēt quattuor cōſtructiones. Qñqꝫ ponūtur ſine caſu. vt penitet heu ſero nil didiciſſe modo. Therētiꝰ Piget pudetqꝫ. Quādoqꝫ regūt accūm cum gtō. vt dꝛ regula. Qñqꝫ ꝯſtruūtur cum accō ⁊ infinitiuo poſito loco gtī. Scriptura. Penitet me feciſſe hoīem. Qñqꝫ regūt accūm cum abltō mediāte ꝑpōne. vt penitet me de peccatis ⁊ hoc raro apud autēticos.

¶ Scda. Quattuor ſunt ꝟba imꝑſonalia actiue vocis q̄ regūt accm̄. vt iuuat decet delectat oportet. Therētiꝰ. Sapiētem decet omnia ꝑus cōſilio qꝫ armis experiri. Scriptura. Nōne oportebat chriſtum pati ⁊ ita intrare ⁊c̄. Virgiliꝰ Non oēs arbuſta iuuāt humileſqꝫ mirice

His iungas iuuat decet delectat oportet

¶ Item imꝑſonalia poſſunt poni perſonalitꝛ ⁊ regē nominatiuū añ ſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

preter oportet quod ſemper ponit̃ impersonaliter. vt laus decet te. honor iuuat henricum.

¶ Item hoc verbum oportet ſolet cõſtrui in p̃terito cum accõ participij ad ſ̃cãdam rem nõ debuiſſe fieri vel omitti hoc eſt rem male factam vel omiſſam. Therẽti⁹. Tum id factum nõ oportuit. Item. Appollinis ſignum ablatum certe nõ oportuit. Tulli⁹. Totam rem integram ſeruatam oportuit. teuto. dat ſoldemen to voren geſacht hebben.

¶ De prepoſitionibus eſt vna regula

¶ Regula Triginta ſunt p̃põnes ſm̃ Donatum q̃ regũt accũm poſt ſe inſtrumẽtalit̃ id eſt mediãte v̾bo quib⁹ addũtur due. vt verſus ⁊ retro. Unde Alexander.

Adde per et ſimiles p̄ vicos itur ad vrbes

¶ Item Quindecim regũt abltũm. vt pꝫ in Donato quib⁹ addit̃ procul. Et quattuor accm̃ vel abltũm. vt in ſub ſuper ⁊ ſubter. accm̃ cum v̾bis importãtib⁹ motum ad locum. ⁊ abltũm cum v̾bis quietem importantib⁹ ſiue q̃n mentionẽ facim⁹ de aliqua re. vt Uirgili⁹ Multa ſup̄ priamo rogitãs ſup̄ hectore multa hoc eſt de priamo ⁊ hectore

¶ Item Aduerbiũ ex p̃pa natura nullũ regit caſum q꞉ regimẽ preſupponit ſ̃cationẽ poteſt tn̄ poni p̄ alia p̄te ⁊ regẽ quattuor caſus. vt gtm̄ dtũm. accũm ⁊ abltũm. Uñ Quedam aduerbia ponũtur loco p̃põnũ. et regũt accũm inſtrumẽtalit̃. vt ſunt retro ſubt⁹ intro intus foras foris verſus p̄cul p̃die poſtridie. Marcus. Uade retro ſathana. Dauid Dilataſti greſſus meos ſubt⁹ me p̄ ſubter. Hieremias. Atrium quod erat foris templum hoc eſt ante templum Pridie kal̃. hoc eſt ante.

¶ De interiectione regula eſt vna

¶ Regula Due interiectiones. vt o et heu conſtruũtur cum accuſatiuo. vt O ineffabilem virum O variam volucremqꝫ fortunam. Uirgilius. O fortunatos nimiũ ſua ſi bona norint. Agricolas. Heu me miſerum dies in omnes.

O cõſtruitur
- Cum nominatiuo O maria vas veritatis que contra omnia ingenia calliditatem ⁊c̃. ſe per ſeipſam defendit.
- Secundo cum gtõ. vt Uirgili⁹. O fortunati quoꝝ iam menia ſurgunt.
- Tercio cum datiuo. vt O mihi dies in omnes
- Cum accõ O fortunatos nimium ⁊c̃.
- Quarto ſine caſu. Lucanus O male vicinis hec menia condita gallis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Oqz ſibi quartum ſolet heu quoqz iungere caſum

Capitulum Quintum de regimine ablatiui.

Item Ablatiu⁹ teutonizatur per myt. et eſt caſus rhomanorum id eſt latinorum. Latini enī ablatiuū inuenerūt. Greci vero carēt ablatiuo vtentes gtō vel dtō loco ablatiui.

Abltūs regit
- Primo. a nomie. vt fortior ioāne eſt petrus
- Secūdo. a pnomie. vt ego magna ſciētia.
- Tercio. a verbo. vt ſcindo cultello
- Quarto. ab aduerbio. vt hic currit velocius aſino.
- Quinto a participio. vt loquēs ṽbo veritatis.
- Sexto. a ppōne. vt ab homine.

Item ablatiu⁹ tripliciter ponitur in oratione. Primo regitur. ſcdo ponit abſolute. tercio caret rectore.

De ſubſtantiuis regentibus ablatiuū regule ſunt quattuor.

Primo Omne nomen ſubſtantiuū ſignificans totum integrale alicui⁹ partis regit illam partem in ablatiuo vel in genitiuo. vt prius dictum eſt mediante adiectiuo laudis vel vituperij. ⁊ ſic hec regula eſt per pulchra ⁊ orator. Similiter ſequēs regula

Toti da partem ſubiecto proprietatem
Sed laudem iūge vel vituperamen vtrimqz
Dextra vir forti vel forma femina turpi

Scriptura. Filij eorum dura facie ⁊ indomabili corde ſunt.
In Geneſi. Erat autem Joſeph pulcra facie ⁊ decorus aſpectu.
Therentius. Duxit ſecum virginem facie honeſta.
Scriptura. Lia lippis oculis. Uirgilius Hec belua marina virgo fuit pulcro pectore ⁊ monſtrum immani corpore

Secunda regula. Omne nomen ſubſtantiuū ſignificans aliquam proprietatem. regit illam proprietatem in ablatiuo vel in genitiuo mediante adiectiuo laudis vel vituperationis. vt femina turpi forma vel turpis forme per regulam dictam.

Uirgilius
- Ceruus erat forma preſtanti ⁊ cornibus ingens
- Regina ad templum forma pulcerrima dido.
- Et pulchra facie te prole parentem.
- id eſt patrem de pulcra prole.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Therētiꝰ. Mulier egregia forma atqꝫ etate integra. Lactātius. Magno ꝛ excellēti ingenio viri ad ſtudium ſe cōtulerūt. Homo magna autoritate maturo cōſilio ꝛ incredibili virtute. Item. Nota dicte regule pn̄t quadruplr̄ exprimi. Primo in gtō. vt ibi. Pars ꝓpriumqꝫ regūt. Secūdo in accō per ſynecdochen. vt ibi. Sepe qď eſt ꝑtis. Tercio per hāc regulam q̄ eſt ſatis pulcra apud oratores. Quarto ꝑ ſynecdochen ī abltō. vt ibi. Synecdochen iūgas. q̄ eſt in accō ꝛ frequēs apud poetas Item patuit in regimīe gti.

Tercia. ꝙ nomīa dignitatis ſpūalis vel ſecularis regūt iſtos ablatiuos. gratia. fauore. dono. miſeratiōe. pietate. ꝛ ſiles ſcātes cām efficientem. vt Rex francie dono domini Dux burgūdie grā dei. vn̄ Alexā.

Sepe poteſtatis nomen cōiungitur iſtis
A. rex hierusalē dn̄i dono b. ſalutem

Quarta. omne nomē concretum ſbm̄ vel adiectiuū regit ſuū abſtractum in abltō. vt homo hūanitate. pius pietate. vulpes eſt aīal magnitudīe canis Laurꝰ eſt arbor magnitudīe quercꝰ pmꝰ ordīe ſecūdꝰ ordīe

Item opꝰ pro facto ſiue ꝓ fructu opere regit gtm̄. vt celum eſt opꝰ dei. opa virgilij. opa therētij. Pro vtili regit dtūm ꝛ ꝓ neceſſario regit dtūm cū abltō ꝯiūctim vel diuiſum. Scriptu. Bene valentibꝰ non eſt opꝰ medico. Virgiliꝰ Nūc animis opꝰ in ea. nūc pectore firmo. Therentiꝰ Vade ꝛ qď parare opꝰ eſt para. Philelfus. Si qua in re meo tibi opꝰ eſt officio id tibi peculiare ducito.

De adiectinis regentibus ablatiuū ſunt regule ſeptem.

Prima regula Omnis compatiuꝰ captus ꝯpatiue pt regē abltūm ſignificātem rem exceſſam. hoc eſt quādo teutonizat per dan ꝛ non per van. vt Joānes eſt fortior aſino.

Tres notat eſſe gradus qui compat. inde notabit
Multimodū regimen qui rem diſcernit aperte

Item dicit in regula (captus compatiue) qꝛ ſi capiatur ꝑtitiue regit gtūm. vt prius ibi Pone gradū medium ꝛc.

Scriptura — Oculi eius pulcriores ſunt vino. et dentes eius lacte candidiores.

Salomon — Sapientia melior eſt auro ꝛ argēto et precioſior cunctis opibus

Seneca — Nihil eſt crede virtute formoſius. nihil pulcrius. nihil amabilius ꝛc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Proverbiū — Auro quid meliꝰ. iaſpis. quid iaſpide. virtꝰ. quid virtute: deus. quid deitate nihil.

Scriptura — Candidiores niue. nitidiores. lacte. rubicundiores ebore. et antiquo ſapphyro pulcriores.

Scriptura — Hec eſt ſole ſpecioſior. luna pulcrior. aurora rutilantior. ſtellis preclarior

¶ Regula pulcherrima Quemcūq; caſum regit poſitiuꝰ eundem caſum etiam regūt compatiuꝰ et ſuperlatiuꝰ preter caſus ꝓprios vt ſimilis mihi. ſimilior mihi. ſimillimꝰ mihi. vt patuit in regimīe gtī.

¶ Item Ex dictis duabꝰ regulis ſeq̃r fit q̄ ꝯpatiuꝰ duos regit ablatiuos. vnū ex natura poſitiui. alterū ex ꝓpa natura qui ſcat rem exceſſam vt ſibylla fuit ſalomone auro ditior Petrꝰ eſt paulo laude dignior Hec amphora eſt vino illa plenior. Et regit ille abltūs virtute ꝯpatiui qui poteſt reſolui in hoc aduerbium q̃z. et in ntūm caſum. vt wilhelmo ditior auro ſum. i. ſum ditior auro q̃z wilhelmꝰ.

¶ Item hi abltī ſolito. dicto. equo. iuſto. credibili fide. ſpe. opinione. regunt ab omni ꝯpatiuo. Geneſis. iiij. Cur triſtior eſt hodie ſolito facies tua. ¶ Item de dicto. Citius dicto tumida equora planātur. Item dea eſt violentior equo. Iuuenalis. Ponamꝰ nimios gemitꝰ flagrantior equo. Item ego tuli plura fide nullaq; credibili tulimꝰ maiora. Infelix qui fert aſpera fide. Item. dabo tibi plura fide Item petrꝰ eſt opinione hominum ditior.

¶ Scda regula Nomē adiectiuū vel ꝟbum ſcās ꝓpetatem aliquam regit abltūm in quo fit talis ꝓpetas vt in ſubiecto. vt feſtinꝰ curſu. hec auis eſt tarda volatu. ille homo eſt tardꝰ in ceſſu. Item hic homo eſt citus in ceſſu. Item in eodem ſenſu vtimur ꝟbo dicēdo. iſte incedit feſtino inceſſu vel cito inceſſu.

¶ Tercia regula Adiectiuū vel ꝟbum regit abltūm ſcātē inſtrumētū vt hic ē velox pedibꝰ. celer pedibꝰ. fama ē celeris pedibꝰ. ceſus ē ferula ceſus ē loris pugnis Itē tuis lrīs ſum ꝓuocatꝰ tuis eplīs me laceſſiſti

¶ Item Eadem ꝓpetas eſt vel in ſubiecto vel in inſtrumēto. vt ptz in ſequētibꝰ exemplis. Quare attēde an ꝓpetas ſit in ſubiecto an īſtrumēto. Et, quid diſcrimis inter has duas obſcuras reglās meliꝰ inuenies.

Propetas in ſubiecto			ꝓpetas in inſtrumēto		
	velox	curſu		velox	pedibꝰ
	velox	loquela		velox	lingua
	tardus	loquela		ſurdꝰ	auribꝰ
	ſurdus	auditu		feſtinꝰ	corpore
	feſtinus	motu		citus	pedibꝰ
	citus	inceſſu		amarꝰ	lingua
	amarꝰ	ſapoꝛe		acutꝰ	oculis
	acutꝰ	viſu			

Nō Regula

Nō

Nō

Regula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

¶ Quarta regula Nomen adiectiuū vel v̄bum regit abltūm ſignificā-
tem quattuor cauſas vel abltūm cauſe. vt hic eſt fulgēs virtute. gratia
dei ſum id quod ſum Joannes eſt cōfectus multiplici cura. veſtes tue
non ſerico ſed panno cōfecte ſunt. domus tua lapidibus eſt cōfecta. cal-
cei corio Et hec eſt ſatis difficilis pueris quia quattuor cauſas rerū na-
turalium non intelligunt.

Mobile vel verbū deſignās proprietatem
Sextis cōſtruitur ꝑ quos ea ſignificatur
Curſu feſtinus fulget virtute modeſtus
Eſt velox pedibus blando ſermone facetus

¶ Quinta Nomē adiectiuū ſignificās menſuram incertam. vt lon-
gum. latum. breue. profundum. altum ⁊c̄. regit ablatiuū ſignificātem
quātitatem illius menſure. vt lignum lōgum ſex pedib⁹. Item turris ē
alta tricentis pedibus. Vñ Alexāder.

Mobile menſuram deſignās addere debes
Longum ſex pedibus. lignū latumq; duob⁹.

¶ Sexta regula Omne adiectiuū ſ̄cās ꝓprietatem alicui⁹ partis in-
tegralis poteſt regere illam partem in abltō vel accō. vt dictum eſt per
ſynecdochē. vt Virgo decora vultu. Geneſis. xxxvi. Rachel erat venu-
ſta facie ⁊ decora aſpectu. Item Geneſis. xxxix. Erat autem ioſeph pul-
cer facie ⁊ decorus aſpectu. Vñ Alexāder.

Synecdochen iūgas. vt vultu virgo decora

¶ Item Synecdoche differt a duab⁹ regulis dictis de ſubſtātiuis in
genitiuo ⁊ ablatiuo. qui ibi adiectiuū laudis vel vituperij cōuenit cum
ſubſtantiuo ſequenti. vt vir magno ingenio. In ſynecdoche vero adie-
ctiuū cōuenit cum ſubſtātiuo precedenti qui regit abltūm figurate. vt
vir magnus ingenio.

¶ Septima Nomē adiectiuū ſ̄cās plenitudinē vel inopiam vel ca-
rētiam regit abltūm vel gtūm. vt Plenum gratia ⁊ veritatis. ampho-
ra eſt plena vino. Virgili⁹. Quam diues pecoris niuei ꝙ̄ lactis abun-
dans. Horati⁹ Satis diues ⁊ auro. Item ſatur pane. felix rei vel reb⁹
Item reus mortis vel morte. Vñ Alexāder.

Plenus inops caſum dant iſtū ſiue ſecundū
Vini vel vino duo dolia plena videto
Pauper egen⁹ inops vino vel panis egebit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Item Dignus ⁊ indignus regūt ablatiuū. vt princeps dignus eſt. om
ni laude. ⁊ omni honore.

Scriptura	Neſcit homo an odio an amore dignus ſit
Uirgilius	Uitula tu dignus es ⁊ hic
Therentius	O chrea non te dignū feciſti. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime ⁊ tu indignus qui faceres tamen.

¶ Item Indignum reperit̄ in dtō. Gregori⁹ in omelia nō eſt indignū
redemptori noſtro ꝙ tentari voluit venerat occidi.
¶ Item cum genitiuo vt cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam
calciamenti.
¶ Item in Matheo ⁊ in Luca. Facite ergo fructū dignum penitētie
vir magnoꝝ haud vnq̄ȝ indign⁹ auorum qd̓ non eſt nobis imitādum.
fit em̄ more grecoꝝ qui carēt abltō. Sȝ gtō ⁊ dtō loco abltī vtunt̄

¶ De verbis regentibus ablatiuū regule ſunt duodecim.

¶ Prima regula. ꝙ oīa v̄ba paſſiua regūt abltūm ſ̄cātem rem agentē
vel efficiētem paſſiōis mediāte p̄pōne a vel ab tanq̄ȝ caſum ꝓpriū p̄ter
duos aut tres caſus cōmunes vel dtūm reſolubilē in abltūm

Iſte datur caſus paſſiuis a preeunte
Cernitur hic a me q̄m videbor ab illo.

¶ Itē ſub hac regula cōprehēdunt̄ quadruplicia v̄ba. Primo oīa paſ-
ſiua in or. que deponētia r trāſeunt in actiua. vt liber legit̄ a mḡro ſimi
lis imitat̄ a ſimili. Secūdo nouem cōmunia paſſiue capta quia actiue
capta regunt accūm. vt omne bonum largit̄ a deo. Tercio oīa deponēta
lia actiua. in paſſiua ſ̄catiōe capta. vt aurum furat̄ a petro. pecunia lu
crat̄ a ſcriptore. Quarto ſex verba in o paſſiue ſignificātia. vt exulo va-
pulo veneo fio nubo liceo. vt fili⁹ male a patre vapulabat. i. verberabit̄
Opus malum nō fit ab artifice bono.
¶ Item ſub hac regula ꝯphendūtur oīa a v̄bo paſſiuo deſcēdentia vt i-
perſonalia in tur paſſiue capta vt docet̄ a ioanne grāmatica
¶ Item Participia p̄teriti tp̄is ⁊ futuri in dus
¶ Itē Uerbalia in bilis in dus. vt chriſtus eſt amabilis a nobis amā
dus a petro.
¶ Scd̓a regula. ꝙ v̄ba ſuſcipiēdi aliq̄d ab alio. v̄ba recedēdi diſtādi ⁊
ſeparandi etiā p̄nt regē abltm̄ mediāte p̄pōne a vel ab ſ̄cantē locum tem
pus vel pſonā a quo vel a qua ſuſcipit̄ recedit̄ ⁊ ſeparat̄. Et nō ſ̄cat cau
ſam efficiētem paſſionis vt in p̄cedenti regula. Un̄ Alexāder

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Vel ſi ſuſceptū ſignat ſiue receſſum

Sic a te diſco libros a teqꝫ recedo

Verba
- Suſcipiendi ſunt diſco.recipio.accipio.capio.ſu-mo.rapio ꝛc.
- Recedendi ſunt.abcedo. diſcedo.reuertor.regredior.
- Sepandi ſunt amoueo.remoueo.aufero.eripio.abij-cio.abripio.abigo.expello.extraho.libero ꝛc.

¶ Item ſub hac regula ɔphendūtur v̄ba ſcātia paſſionē innatam que etiam regūt abltūm mediante p̄pōne a vel ab. vt Joānes calet ab igne. macret a ieiunijs. vel poteſt prepoſitio ſubaudiri. vt pallet timore id eſt pre timore.

¶ Tercia Verbum ſignificās aliquid fieri ex materia regit ablatiuū materie. vt faber fabricat frenū ere vel ex ere Adam fact⁹ eſt luto. Eua facta eſt coſta vel oſſe

¶ Quarta regula Verbum p̄t regē abltūm ſcātem cām vel nomē ad-iectiuū. vt patuit in tercia regula de adiectiuis. vt ille tacet pudore pal-let timore frenum eſt factum fabro. dom⁹ eſt facta fabrificatore. epiſto-la ſcribitur calamo.

Regētia ablatiuū efficientꝫ naturalꝫ					
	exultat	dolet	nigret	ſtupet	pollet
	gaudet	horret	albet	hebet	viret
	iubilat	pallet	friget	callet	aret
	meret	rubet	ardet	torpet	floret
	ſplendet	madet	letor	verecundor	
	tepet	languet	queror	glorior	
	liquet	triſtor	iraſcor	indignor	
	oblector	lector			

¶ Item triplex cauſa efficiēs Artificialis vt epl'a pauli. Inſtrumēta-lis. vt ſcribo calamo Naturalis. vt pallor timoris. palleo timore ꝛc.

Cauſa efficiēs
- Joannes ſcribit calamo
- Exultat gaudio.

Cauſa materialꝫ
- Homo eſt formatus terra.
- Adam factus eſt luto.

Formalis
- Caleo calore
- Albeo albedine.

Finalis
- Veni hāmonem cauſa diſcendi
- Veni huc tua cauſa

¶ Quinta regula Verbum ſcās actum ambulādi vel diſtādi regit ab-latiuū ſcātem certam quātitatem ſpacij vel diſtātie Vel p eodē accīm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

vt prius dictū. vt ambulaui quattuor miliaria vel quattuor miliaribꝰ
Tremonia diſtat ab hāmone quattuor miliaria vel q̄ttuor miliaribꝰ

Duplex eſt ſpacium
- Quoddā eſt ſpaciū in quo aliq̄d fit. ⁊ rn̄det ad vbi. et hoc ſolū regit̄ in abltō. vt hoc factū eſt ab vrbe. quarto vel quinto vel ſexto miliario ⁊c̄.
- Quoddā eſt ſpaciū ꝑ qḋ fit motꝰ. i. ſpaciū quātum. et hoc regit̄ in accō vel abltō. vt ambulaui tria miliaria vel tribꝰ milibꝰ vel miliaribꝰ

¶ Sexta regula Verba precij regūt abltūm ſcantē quātitatē precij. vt emi libꝝ tribꝰ ſolidis. domū centū aureis

Verba precij					
	Emo	mercor	liceor	metior	peſtimo
	venundo	cōparo	licitor	conſto	fenero
	vendo	eſtimo	addico	cōduco	paciſcor
	veneo	taxo	diſtraho	loco	pango
	cōmēdo		poſtulo ⁊c̄.		

¶ Item hec v̄ba regūt quattuor gtōs. vt tanti. quāti. pluris. minoris. vt dictū eſt in regimīe gti niſi addat̄ ſbm̄. Tūc em̄ non regūt gtm̄ ſꝫ ablatiuū Valeriꝰ Magno vbiqꝫ p̄cio v̄tus eſtimat̄. Emimꝰ hoc minori precio ⁊ nō minoris precij.

¶ Septima regula Omne v̄bū mūdi ſiue actiuū ſiue paſſiuū ſiue neutrale p̄t regē abltūm ſcantē tempus. vt ſunt annus. dies menſis. hora. minutum ⁊c̄. vel accūm vt prius dictum in regimīe acci. vt viſitaui hāmone vnū annū vel vno anno ⁊c̄.

Tempus eſt triplex,
- Vnū in quo aliq̄d fit ⁊ dr̄ tempꝰ. qn̄ ⁊ hoc ſolum regit̄ in abltō. vt qn̄ veniſti reſpondet̄ hora prima ⁊ nō horam primam.
- Aliud q̄ꝫdiu et illud regit̄ in accō vel abltō. vt q̄ꝫdiu fuiſti hāmone. rn̄det̄ vnū annū aut vno anno
- Terciū eſt tempꝰ natura quātum ſiue terciū. vt intra quantum redibis in patriam Rn̄det̄ tres annos aut poſt tres annos ⁊c̄.

Verbū materiā cauſam ſpaciū preciūve
Aut tempꝰ ſignans ablatiuos regit hor,
Que predicta notāt vt frenū fabricat ere
Iſta pudore tacet ſtadijs ſex diſtat ab vrbe
Nocte morās tota panē nūmis tribꝰ emi

¶ Octaua regula Omne v̄bū ſiue actiuū ſiue paſſiuū ſiue neutrale p̄t

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

regere abltūm ſcantē inſtrumētum.i.cām efficientē inſtrumētalem vt arator percuſſit eum haſta.pugione.gladio ⁊c̄.cecidit eum pugnis.calce me proſtrauit.

Inſtrumētū eſt duplex	Naturale vt video oculis.audio aurib⁹.tāgo manu
	Artificiale.video vetreis oculis.ſcribo penna.

Remq₃ notans fieri regit id quo res ea fiet
Orator vincit verbis.vir bellicus armis

¶ Nona regula Omne ṽbum ſcās aliq̄d agē aut pati regit ablatiuū ſcātem modum agēdi aut patiēdi. vt hec dictio pfert acuto accētu.vero locut⁹ ſum.falſo loq̄ris neſcio an ſerio an ioco loquaris.dic verꝫ ſerio tu falſo queris.ego id falſo credidi.vos eū vero inſimilatis.hec reſpondent ad qualitatē. Item indubito ad vos venio. Tulli⁹ Velim libros meos magno ope plegas.ego abs te miſeris ſum accept⁹ modis. Therenti⁹ Petrus hoc equo aīo tulit Joānes iniquo aīo tulit.

¶ Item oīs abltūs qui pt rn̄deri ad aduerbiū qualiter vel ad quomodo regit per hāc regulam.vt qualiter vel quomodo locut⁹ es petr⁹.rn̄det vero.falſo.ſerio.ioco.equo aīo.forti animo ⁊c̄.

Nomē eis adiūge modum qꝺ ſignat agēdi
Accētu plura proferre ſolemus acuto.

¶ Decima regula Verbum ſcās pprietatem regit abltūm ſubiecti in quo eſt talis pprietas.vt feſtinat curſu. Silr adiectiuū regit hunc caſum eodem modo vt dictum eſt de adiectiuis.

¶ Itē Iſte incedit teſtitudineo inceſſu incedit morato inceſſu.

¶ Item Proprietas ṽbi exprimit duob⁹ modis vel p ſubiectum ⁊ ſic eſt decima regl'a vel p inſtrumētum ⁊ ſic eſt vndecima regula.vt etiam patuit de adiectiuis.

	feſtinat	curſu		feſtinat	pedibus
Proprietas in eſt ſubiecto	audit	auditu	ppetas i iſtrumēto	audit	aurib⁹
	videt	viſu		videt	oculis
	ſapit	ſapore		ſapit	lingua
	tangit	tactu		tangit	manibus.

¶ Nona regula Verbum ppetatis regit abltūm ſcātem inſtrumentum per qꝺ fit talis ppetas. Et differt a nona q₂ illa generalis hec ſpecialis.vt ioānes pcutit ferula.verberatur pugno.virga.eundem caſum etiam regūt nomīa adiectiua vt dictum eſt.

¶ Duodecima regula.ſex ſunt verba deponentalia regentia ablatiuū. vt dignor.potior.fungor.veſcor.vtor et fruor quibus additur careo. Unde Alexander.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Dignus cū potior fungor veſcor fruor vtor
Et careo iungo caſu tantūmodo ſexto

Dicta vba more grecoꝝ ſepe regūt gtūm vel dtūm vel accūm qđ nō eſt nobis imitādum. vt lacedemonij lōge lateqꝫ rerum potiti ſunt. id ē rerum imperiū tenuerūt. Item apud Leuiticū. Offerebāt duos paſſeres quos veſci licitum erat. Therēti⁹ Tute illoꝝ officia fungē ⁊c.

Item Notādum potior aliquādo teneo ſcat ⁊ ſic fere ſemper gtūm requirit. vt lacedemonij rerum diu potiti ſunt hoc eſt rerum imperium diu tenuerūt. Aliquādo idem ē qꝫ obtineo ⁊ in ptātem vendico ⁊ ſic frequēter habet abltūm vt potit⁹ ſum victoria. potit⁹ ſum amica hoc ē pugnādo vel laborando obtinui victoriam vel amicam. Aliqñ etiam capitur p fruor vt patuit de deponētalibus

De aduerbijs regētib⁹ abltūm eſt regula vna.

Oēs oīa aduerbia ꝯpatiui grad⁹ que ſemp terminātur in ius pñt regere abltūm ſicut ꝯpatiui nominales. vt equus currit velocius aſino. leo multo fortius pugnat lupo. Ariſtoteles. Expert⁹ artifex certi⁹ operaꝛ artifice nō experto. Vñ Alexāder.

Tres notat eſſe grad⁹ qui compat. inde notabit

De ꝑpoſitionib⁹ eſt vna regula.

Regula. ſcđm Donatum quindecim ſunt ꝑpōnes regentes inſtrumētaliter abltūm. vt ptꝫ in donato. Quib⁹ additur vnum aduerbium ſcꝫ pcul. vt ab hac miſeria pcul dubio iuſt⁹ cum gaudio exaltabiꝛ

In capitur ſex modis:
- Primo pro ad. vt itur in antiquam ſiluam. credo in deum. Inclina cor meum in teſtimonia tua ⁊c.
- Secundo pro erga. vt meus animus ſemper fuit in amicos bonus
- Tercio pro contra. Marcus Cicero ſcripſit inuectiuam in Cathelinam
- Quarto pro per. vt oratio diuiditur in perfectam et imperfectam.
- Quinto ꝑpe. vt planete mouenꝛ in ſuis ſperis
- Sexto p inter. vt benedicta tu in mulierib⁹.

Itē primis qttuor modis adiūgiꝛ accō. alijs duob⁹ modis abltō.

Sub:
- Primo p ad locū. vt poſtes ſub ipos nituuꝛ gradib⁹
- Scđo p ante ſcat tēp⁹. vt ſub lucē exportēt. i. ante.
- Tercio p per. vt ſub noctē recurſat. i. per

Nō
Nō
Regula vna
Regula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Super

Primo ꝓ ſupra. vt pugno ſuꝑ mortē. i. ſupra
Scđo ꝓ contra. vt munit⁹ eo ſuꝑ hoſtē. i. cōtra
Tercio ꝓ iuxta. vt ſuꝑ flumē ſedim⁹. i. iuxta
Quarto pro de. Uirgili⁹. Multa ſuper priamo ro/gitans ſuꝑ hectore multa.

De abſolutione ablatiui

Item ablatiui ſepe ponūtur auſolute in ꝯcatiōe ꝯſequētie. vt duo ablatiui. vn⁹ nomīalis alter ꝑticipialis ſepe ponūtur in orōne qui nec ex/plicite nec implicite regūtur. vt ſole oriente dies fit. vñ Alexāder

Sunt ablatiui plures rectore ſoluti
Diſcere diſcipuli debēt doctore legente

Item ꝓ intellectu hui⁹ regule. Notādum ꝙ oīs orō ſuppoſiti ⁊ appoſiti his ꝯiūctionib⁹ precedentib⁹ ſi dum qꝛ quādo quin ⁊c̄. ꝑt reſolui pulcre in duos abltōs ꝯiūctionib⁹ poſt poſitis cā breuitatis. vt ſi veneris ad me dabo tibi aureū hoc eſt te veniēte ad me dabo tibi aureum. dū magiſter legit pueri proficiūt hoc eſt magiſtro legēte pueri ꝓficiūt.

Ablatiui poſiti abſolute variātur ſex modis

Primo quādo vn⁹ eſt nomīalis ⁊ alter participialis vt cane latrāte fugiūt latrones.
Scđo neuter eſt ꝑticipial'. ſꝫ alter ē reſolubilis in ꝑ/ticipialem. vt deo duce. id eſt ducente. vita comite. id eſt comitante
Tercio quādo intelligiꝛ abltūs participialis. vt pe/trus venit tercio. i. tercio exiſtēte
Quarto quando alter eſt ꝓnominalis. vt eo relicto fugiūt diſcipuli.
Quinto qn̄ noīalis intelligiꝛ. vt pluente intrādum eſt domū. i. deo vel natura pluente.
Sexto qn̄ abltūs ꝑticipial' deſcēdens a v̄bo ꝑſonali i/telligiꝛ. vt dicto de nomie. i. dictione facta pranſo vel cenato veniā ad vos. i. prandio vere cena facta

Item apud veteres hi duo abltī abſente ⁊ p̄ſente ſingularis numeri reperiūtur cum iſtis ablatiuis nobis vobis pluralis numeri. vt abſen/te nobis. preſente vobis. Plaut⁹ Adeſſe hāc ſi abſente nobis inuenerit

De participijs

Participiū cur inuentū

Primo vt oratio breuior ſit ⁊ dilucidior omiſſis re/latiuis aduerbijs ⁊ ꝯiunctionib⁹. vt breuius dicim⁹ homo currēs moueꝛ aui volāte augures inſpiciūt ꝙꝫ homo q̄ currit moueꝛ. Dū auis volat augēs īſpiciūt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Participiũ cur inuentũ.

Scđo neceſſitatis cã Quia multa per ꝑticipiũ dicũtur q̄ aliter nõ licet dicere ꝑ ꝟbũ vt mulier ornat ſe ne videntes homĩes eas derideãt non eñ licet dicẽ ne homines eas videãt derideant nã vident eas oĩno hoĩes

Item differũt ꝑticipia ⁊ noĩa ſ̄cãtia tempꝰ. Nam noĩa tp̄alia non ſ̄cãt aliud niſi ip̄m tempꝰ ꝑ ſe. vt annus menſis dies Participia vero actionẽ vel paſſionẽ aliquã fieri diuerſo tp̄e demõſtrant non tẽpꝰ ꝑ ſe.

Itẽ quõ dr̄nt ꝑticipiũ ⁊ non ꝟbale. patuit prius.

De terminationibꝰ participioꝝ

Participãs quod ĩ ans vel in ens fit dicito pñs
Tus xus ſus dat p̄teritũ. rus duſqꝫ futuꝝ

Itẽ Quiqꝫ ſunt termiatiões ꝑticipioꝝ vt ans ens pñtis tp̄is. vs p̄teriti tp̄is. rus ⁊ dus futuri tp̄is. Tñ ſupinũ verboꝝ ſepiꝰ mutaꝛ quare etiã ꝑticipiũ p̄teriti ſepius mutaꝛ vt tus ſus xus.

Itẽ ꝑticipia pñtis formanꝛ a p̄terito ip̄fecto mutãdo bam ĩ ns ſimpliciꝛ vt amabã amans docebã docẽs p̄ter ea ꝟba q̄ hñt ibam q̄ interponunt hanc vocalem e vt ab eo ibam fit iens ⁊ non ins. a queo quibam quiens. a veneo venibam veniens.

Item ꝑticipia in dus formanꝛ a gtõ ꝑticipij pñtis tp̄is mutando tis in dus. vt ab amãs amantis amãdus

Itẽ Participia in vs ⁊ rus a poſteriori ſupino. vt a doceo doctu doctus ⁊ docturꝰ Tamẽ ſi ꝟbũ hꝫ duplex ſupinũ. ab eo qđ hꝫ plures ſyllabas fit ꝑticipiũ futuri tp̄is in rus Ab hoc ꝟo qđ minores ꝑticipiũ preteriti tp̄is vt pario hꝫ paritũ ⁊ partũ hinc pariturꝰ ⁊ partus. Tñ multa hñt duplex ſupinũ. vt altus vel alitus.

Querere ꝑ actiua pñs in ruſqꝫ futura
Que dedit actiuũ dabit hec eadẽ tibi neutꝝ

Itẽ Ab actiuo ꝟbo ⁊ neutrali formanꝛ duo ꝑticipia vt pñs ⁊ futurum in rus vt ab amo amãs amaturꝰ. a ſto ſtans ſtaturꝰ Quare ꝑticipia in ans ens ⁊ rus ſ̄cãt actiue vel neutraliꝛ Sꝫ in vs ⁊ dus paſſiue. Tñ in us a deponẽtalibꝰ ⁊ cõmunibꝰ etiam ſ̄cãt actiue vt patebit

Item Verbũ neutrale eſt duplex. vt neutrale actiuũ ⁊ neutrale abſolutũ. vt patuit in principio huiꝰ capituli Vñ neutralia actiua faciunt tria vel quattuor ꝑticipia. duo inquãtum neutralia. terciũ in quãtum hñt terciã ꝑſonã in paſſiuo vt a bibo bibẽs bibitꝰ bibiturus ⁊ bibendus A poto potãs potus potaturꝰ ⁊ potandus. Ouidius. Quo plus ſunt pote plus ſitiũtur aque. Sed a neutralibꝰ abſolutis formãtur niſi duo

participia ſi habet ſupinum. quo ſi caret habet tãtum vnum participi
um quia deficiẽte cauſa deficit ⁊ effectꝰ Tamẽ hoc neutrale trãſſumpti
ue captum facit participium preteriti temporis ſub ſignificatiõe paſſi
ua. vt Uirgiliꝰ. Errata littora triumphata capitalia regnata ſemper
arua. Cicero. Accipe hoc opuſculum his arctionibꝰ noctibus lucubra/
tum. Ouidiꝰ. Da requiẽ requietis ageris bene credita reddit ꝛc.

Sunt per paſſiua tibi cetera ſignificanda

Item a paſſiuo verbo duo deſcendũt participia vt p̄teritum ⁊ futu/
rum in dus vt ab amor amatꝰ et amandus.

Item participia in dus differũt a gerundijs quia participia ſcant
tempus ſine rei adminiſtratiõe Gerundium vero ſcat adminiſtratio/
nem rei ſine tempore vt tenet me occupatio iuris dicendi vbi dicendi
gerũdium eſt. quia non ſcat futurum tempus ſed rei adminiſtrationẽ.
hoc eſt in iure dicẽdo ⁊ hoc fit quando cõſtruitur cum ſubſtãtiuo in ſili
genere numero ⁊ caſu vt patuit prius

Participia que in voce paſſiua habent ſigni ficationem actiuam

Circumſpectus cõſideratiuꝰ inconſideratiuꝰ diſertus Cautꝰ tutus
ignotus. argutꝰ falſus quod tamẽ aliquando etiam ſcat paſſiue. The/
rentiꝰ. Carine falſus eſt hoc eſt deceptꝰ. Contentꝰ tacitꝰ profuſus Sci
tus diſcretus cõplacitus fluxus inueteratꝰ iuratus excretus exoletus.
adultus. defectus. emeritꝰ. oblitteratus.

Participia que in voce actiua habent ſignifi cationem paſſiuam.

Euidens indulgens honorificẽs magnificẽs ⁊ cetera a facio quan
do referũtur ad rem inanimatam quia ſi ad rem animatã ſcant actiue
vt magnificẽs ſiue magnificus homo.

Nomina ſimilia participijs preteriti temporis

Item hec nomia non participia quia a nullo v̄bo deſcendũt tunica/
tus. togatus. torquatꝰ. chlamidatus. loricatus. caligatꝰ. ocreatus. ſo/
leatus. crepidatꝰ. peleatus. aſtutus. naſutus. cornutus. turritus. pelli
tus. crinitus. auritus ꝛc. Sed pregnãs participium ⁊ repetundarum
a nullo verbo deſcendunt.

De conſtructione participiorum preteriti tempo/ ris regule ſunt quattuor.

Regula i — Prima participium preteriti temporis cõſtruitur cum his verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

habeo. volo. facio. vt rogatum te habeo hoc eſt rogo/ rogatos vos volui
hoc eſt vos rogaui/ voluit me oratum hoc eſt me orauit.

¶ Secūda Item pticipiū ɔſtruit̃ cum his dcōnibꝰ oportet neceſſe ē. Regula 2
opepreciū eſt expedit ⁊ ponit̃ loco p̄teriti pfci infinitiui modi. Cicero.
Ita factū non oportuit. Item Apollinis ſignū ablatū non oportuit.
Therētiꝰ. Nōne p̄dictum nōne cōmunicatū oportuit

¶ Tercia regula pticipiū preteriti tpis acci caſus ponit̃ ſepe p infini Regula 3
tiuo v̄bi actiui. Comicꝰ. Jamiam inuentum tibi curabo ⁊ adductū tuū
pamphilū hoc ē inuenire ⁊ adducere.

¶ Quarta regula pticipiū p̄teriti tpis ablti caſus in o etiam ponit̃ lo Regula 4
co infinitiui. Saluſtiꝰ. Priuſquā incipias cōſulto/ ⁊ vbi cōſulueris ma
ture facto opꝰ eſt. Cicero. Tacito cum opus eſt clamas cum tibi loqui
cōuenit obmuteſcis.

Deponēs terna tibi dat cōmune quaterna

¶ Item a v̄bo deponētali deſcendūt tria pticipia. vt pn̄s. preteritum ⁊
futurum in rus. vt a ſequor ſequēs ſequutus ⁊ ſequuturꝰ. Sed a com
muni quattuor quia ſ̄cat actiue ⁊ paſſiue vt criminor Inquātum acti
uū facit criminās crimiaturꝰ Inquātum paſſiuū crimiatꝰ criminādꝰ.

¶ Itē Oriundus hʒ vocem pticipij futuri tpis ⁊ ſ̄cationem preteriti
tpis qꝛ ortus ſ̄cat locum in quo quis natꝰ eſt/ oriūdus locum vnde pa
rentes originē duxerūt. vt pater ioānis oriūdus eſt de tremonia.

¶ Item licet pticipia in ans ens ⁊ rus ſignificent actiue vel neutralit̃
tn̄ ab orior et naſcor ſ̄cāt paſſiue qꝛ hec v̄ba ſemp ſ̄cāt paſſiue. Sic a v̄
bis neutro paſſiuis vt ab exulo vapulo veneo fio.

¶ Notabile de verbis carentibus ſupino

Lex tamē eſt talis ꝙ que caruere ſupinis

Non pn̄t rectum p rus formare futurum

¶ Itē Generalit̃ oīa v̄ba ſiue actiua paſſiua neutralia carētia ſupinis
carēt pticipijs formatis a ſupinis vt ſunt in us ⁊ rus. Sic etiā carētia
pn̄ti tpe carēt pticipijs pn̄tis tpis vt ſunt odi noui cepi memini

¶ De participijs irregulariter formatis

¶ Item Quedam verba carētia ſupinis faciūt participia irregulari
ter vt a caleo caliturus. Ouidius. Calituras ignibꝰ aras/ a morior mo
riturus. a ſum futurus

¶ Item Quedam ſunt v̄ba habētia ſupina irregulariter. vt ab iraſcor
iraſciturꝰ. ⁊ nō iraturꝰ. a naſcor naſciturꝰ et nō naturus. ab orior oritu
rus et non orturus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

¶ De ſignificatione participiorum et regimine.

Jn verbi genere que ſit ſignatio quere
Hinc tibi multimodū credas regimine reſerādum

¶ Jtem Triplex eſt verbum quo ad ſignificationem vt actiuū paſſiuū et neutrale quare etiam triplex eſt participium quoad ſignificationem. Unde deſcendens ab actiuo ſignificat actiue ⁊ regit accuſatiuū vt ſunt in ans ens ⁊ rus A paſſiuo ſignificat paſſiue ⁊ regit ablatiuū mediante prepoſitione a vel ab. vt ſunt in vs ⁊ dus A neutrali ſignificat neutraliter ⁊ proprie nullum regit caſum vt patuit in regimine accuſatiui Et ſunt in ans ens ⁊ rus.

¶ Sex modis participiū ſit nomen

Dum mutat regimen ſit participās tibi nomen
Dum perdit temp⁹ dum compat aſſociam⁹
Jſtis cōpoſitum dum ſimplex ſit tibi verbū

Participium ſit nomen

¶ Prima mutatione conſtructiōis hoc eſt quādo cōſtruitur cum alio caſu q̄ꝫ verba requirant. vt amans virtutem participium eſt amās virtutis nomē. Saluſtius. Alieni appetēs ſui pfuſus

¶ Secundo temporis amiſſiōe hoc eſt quando nullum ſignificat tempus vt amans hoc eſt amore captus. vt miſeri ſunt omnes amātes. Jtem doctus eruditus. vt docti ⁊ eruditi homies ſolent laudari

¶ Tercio Compatione. vt amantior amātiſſimus.

¶ Quarto Compoſitiōe hoc eſt quando cōponitur cum prepoſitiōe cum qua ſuū verbum non componitur vt innocens indoctus

¶ Quinto mutatione ſignificationis vt participia in dus quando exponūtur per verbum futurum paſſiuū ſunt participia. quando per dignus fiunt nomina. vt amandus qui amabitur participium. amandus qui dignus amari nomē. vt merito laudandus eſt Cicero.

¶ Sexto quando participium ſubſtantiuatur ⁊ ſic eſt generis neutri. vt patuit ibi Sed vult hec iungi. vt antecedens. conſequens. cōtingens ⁊c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

¶ Capitulum Secundum eſt cōſtructio partium orationis.

Eſt poſt predicta cōſtructio iure locāda.

¶ Item Cōſtructio eſt partium orōnis vnio latina cōgruā perfectamq; ſentētiam ſ̄cans non em̄ bene latina ꝑt eſſe cōſtructio vbi ſenſus fuerit min⁹ aptus ⁊ in cōgruus. vt cum dico homo hinnibilis. candid⁹ ſyllogiſm⁹ alba ꝓpoſitio. Quare orōnes ordinādi penes conueniētionem ſentētiam. vt debita ſeruet̄ cōſignificationū ꝓportio atq; verboꝝ reb⁹ debita accōmodatio

Cōſtructio eſt duplex:

¶ Perfecta q̄ ꝑfectum ſenſum generat in animo auditoris vt ē ſola oratio ſuppoſiti ⁊ appoſiti cetere vero ꝑtes ⁊ accidentia dicūtur annexa. legēda itaq; ſemper oratio interꝑtāda donec inueniat̄ principale ſuppoſitū ⁊ appoſitū

¶ Imperfecta q̄ imperfectum ſenſum generat in aīo auditoris. vt homo alb⁹. ecce magiſter Iſte homo vt ſunt oēs orationes ꝑter orationem ſuppoſiti ⁊ appoſiti

¶ De queſitiuis cōſtructionum

¶ Item Triplicia ſunt queſitiua cōſtructiōis vt ſubſtātie vt que quātitatis. vt quāta ⁊ qualitatis vt qualis. Que ꝑfecto querit de ſubſtantia cōſtructiōis vtꝝ ſit trāſitiua vel intrāſitiua Quāta an ꝑfecta ſit an imꝑfecta. Qualis an latina an impedimētalis.

¶ De diuiſione cōſtructionum

In geminas ꝑtes cōſtructio ſcinditur/ illi
Tranſitio debet intrāſitioq; ſubeſſe;
Cum ꝑtes (per quas cōſtat cōſtructio plena)
Signāt diuerſa/ cōſtructio trāſeat illa.
Iudiciū ſit idem tanq̄ diuerſa notando

¶ Item Cōſtructionū alia eſt trāſitiua. vt liber v̄gilij. alia intrāſitiua vt hō alb⁹ Trāſitiua cui⁹ cōſtructibilia ſ̄cāt diuerſa. vt lego libꝝ. Intranſitiua cui⁹ conſtructibilia ſignificāt idem. vt homo albus vel tanq̄ idem. vt homo eſt aſinus.

Notate

¶ De ſpecieb⁹ conſtructionis tranſitiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Hanc in membra duo diſtingues cõuenit. eius
Sunt ſpecies ſimplex q̃ tranſit. queq; retrãſit
¶ Item Cõſtructio trãſitiua diuidit͛ in ſimplicẽ ⁊ retranſitiuã. Simplex eſt in qua cõſtructibilia ſ͛cant diuerſa vel tanq̃ꝫ diuerſa ſimpl͛r ſine trãſitiõe act⁹ vt miſereoꝛ ſoꝛtis. Retrãſitiua in qua cõſtructibilia ſ͛cãt diuerſa vel tanq̃ꝫ diuerſa cum retrãſitiõe act⁹ vt diligo te vt diligas me Et hec eſt cõpoſita ex duabus ſimplicibus.
Actus tranſitio perſonarũq; notentur
Quãdo non trãſit actus nec paſſio cuiq̃ꝫ
Infertur: nunq̃ꝫ tranſit conſtructio plena
¶ Item Simplex diuidit͛ in trãſitiuam ſimplicem actuũ ⁊ perſonarum. Actuũ eſt quãdo ꝑ alteꝝ ꝯſtructibiliũ impoꝛtat͛ actus vel paſſio. vt colo deum. diligoꝛ a petro. Perſonaꝝ eſt qñ per neutrũ ꝯſtructibiliũ impoꝛtat͛ actus aut paſſio vt liber ioãnis

¶ De ſpeciebus cõſtructionis intranſitiue.

Eſt intranſitio tibi per predicta notanda
Per binas ſpecies hanc diſtinguere. quia ſimplex
Hanc intranſitio pariterq; reciꝓroca ſcindũt
Ecce per exempla tibi res eſt notificanda
Hic ſocium ſuperat. vel marcum tullius oꝛat
Exoꝛãt marcum
Tullius eſt marcus. bos eſt leo. capꝛa iuuẽcus
Se regit hic. ego me. tu te. nos diligimus nos
Iſti ſe ſociant. vos autẽ diligitis vos
Filius alphei. iacobiq; maria quieſcũt
¶ Item Cõſtructio intrãſitiua ẽ duplex vt ſimplex ⁊ recipꝛoca. Simplex ẽ in qua cõſtructibilia ſ͛cãt idem vel tanq̃ꝫ idem ſimpl͛r ſine recipꝛocaciõe act⁹ vt hõ diues. hõ eſt aĩal. homo eſt aſin⁹. Recipꝛoca in qua cõſtructibilia ſ͛cãt idem cum recipꝛocatiõe act⁹ vel paſſiõis vt ego diligo me. Tu diligis te. ille diligit ſe.
¶ Item Simplex diuidit͛ in actuũ ⁊ ꝑſonaꝝ. Perſonaꝝ eſt vbi ꝑ neu

trũ ꝯſtructibiliũ importat̃ actꝰ aut paſſio vt aĩal hõ pater meꝰ Actu-
um ẽ vbi ꝑ alteꝝ cõſtructibiliũ importat̃ actꝰ vel paſſio intrãſitiue vt
homo currit. deus diligitur.

¶ Item dicte ſpecies ꝯſtructiõis parum hñt vtilitatis quare ſi veram
petis cõſtructionẽ cõſtructibiliũ diſce textum ſequẽtem cum ſuis exce
ptionibꝰ ⁊ plane inuenies.

¶ Septem ſunt regule cõſtructionis.

¶ Prima. a vtõ debet incipi ꝯſtructio ſi ſit in orõne. vt O formoſe pu
er nimiũ ne crede colori. quia vocatiuꝰ caſus eſt excitationis. Sed om
nis excitatio fit in principio.

Conſtrue ſic caſum ſi ſit ꝓpone vocantẽ

¶ Scd'a. poſt vtm̃ debet ſequi ntũs a ꝗ debet incipi ꝯſtructio ſi
vtũs deeſt orõni. vt Formoſum paſtor corydõ ardebat alexi. vñ Alexã.

Nox rectum ponis

¶ Tercia. poſt ntũm debet ſequi ꝟbum ꝑſonale a quo debet incipi con-
ſtructio. Si ntũs ⁊ vtũs nõ fuerint in orõne. vt ludere que vellem cala
mo ꝑmiſit agreſti. vñ ntũs em̃ et ꝟbum ꝑſonale faciũt orõnem ꝑfectã.
Sed perfectiora ſunt priora.

Hinc perſonale locabis

Verbum. qd' primo ſtatues ſi cetera deſint

¶ Itẽ he tres ṗme regule ſunt principales alie ꝟo quattuor minus ꝓn
cipales qꝛ ille ꝯſtructionẽ dicũt partiũ principaliũ. he vere ꝑtiũ inci-
dentaliũ hoc eſt annexoꝝ ſuppoſiti ⁊ appoſiti

¶ Quarta. poſt ꝟbum debet ſequi dictio recta a' tali ꝟbo a pte poſterio
ri vt eſt ſepius gtũs dtũs accũs vel ablatiuꝰ Nos patriam fugimꝰ ⁊c̃.
dictio em̃ regẽs regularit' precõſtruit̃ dictioni recte.

Tercius hinc caſus et quartus ſepe ſequũtur

¶ Quinta. poſt ꝟbum debet cõſtrui aduerbiũ ſi eſt in orõne. vt Sepe
malũ hoc nobis ſi mens nõ leua fuiſſet. De celo tactas memĩ predicere
quercꝰ. qꝛ determinãs debet cõſtrui iuxta determĩabile

Aut verbo ſubdes aduerbia

¶ Sexta. gtũs debet ſeq̃ poſt ſuũ rectorẽ. dictio em̃ recta ꝯſtruit̃ pꝰ di
ctionẽ regentẽ. vt ꝓtinꝰ aerei mellis redolẽtia reg̃ Exeq̃r ⁊c̃. vñ Alex.

Subde ſecundum caſum rectori

¶ Septĩa. ꝑpõ ꝓconſtruit̃ ſuo caſuali. ⁊ ambo ꝯſtruũtur poſt ꝟbũ vel
participiũ. vt ab ioue ꝓncipiũ muſe. qꝛ ẽ dictio regẽs inſtrumẽtalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 56

Debet vox prepoſitiua

Quarto preiungi vel ſexto quem regit ipſa

